

**Veritates Christianæ Qvæ Modvm Exhibitent Benè Vivendi  
Et Benè Moriendi**

**Balde, Hendrik**

**Ipris, 1689**

16. Cap. Nostra peccata graviores merentur Pœnas quàm quas hîc  
patimur.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56447](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-56447)

nim omnes hujus vitæ cruciatus unà con-  
juncti scintilla tantummodo sunt, si ad  
futuræ vitæ tormenta comparentur.

Gravissima vindicta, quam de pecca-  
toribus sumit Deus, hæc est, quod nul-  
lam de illis in hac vita vindictam exigat.

Rectè itaque ac sapienter clamabis cum  
S. Augustino. Domine hic ure, hic seca,  
hic mihi non parcas, ut in eternum parcas.

## C A P V T. X V I:

*Nostra peccata graviores merentur pœnas  
quam quas hic patimur.*

**Q**uemadmodum ignis aurum, sic  
animam purgat adversitas. Indicium  
est animæ neandum satis purgatæ, quando  
Deus nos eâ, quâ preminur adversitate,  
neendum liberat.

Si cuncta nostra flagitia hoc anno &  
quondam perpetrata animo repetamus,  
eaque diligentius appendamus; cogite-  
mus insuper quas illa pœnas mereantur,  
nunquam, nimium nos pati, conquere-  
mur; at contrà, credo dicturos nos.

Pro sancte Deus! multò plura & gra-  
viora pati commereor; renuit anima  
mea admittere ulla terrena solatia, ut  
tuis uberrimis ac sempiternis in cælo  
consolationibus perfruatur. Di-

Dicemus insuper. Millies commerui  
æternas pœnas : cur non igitur exiguam  
aliquam & brevem ærumnam lubenti, ac  
prompto animo feram ? cur non agam  
gratias benignissimæ Dei providentiaz  
adèd clementer me tractanti, ut acerbif-  
simos, & nunquam finiendos cruciatus,  
exiguis, brevibus, ac transeuntibus tor-  
mentis commutet ?

Quod si nunquam in peccatum morti-  
ferum prolapsus sis ; atque adèd æternas  
nunquam sis promeritus flammis, divi-  
nam lauda bonitatem : scito tamen hoc  
in mundo vivere neminem, qui ante per-  
spicacissimos Dei oculos ab omni labe  
purus consistat.

Hinc si vel vnicum veniale peccatum  
à te sit admissum, dignitas, & Majestas  
Dei, qui per hoc læditur, tanta est, ut  
nullæ reperiantur in mundo tam graves  
tamque atroces pœnæ, quæ satis facere illi  
ex integro valeant.

O quisquis hoc perpendis ! cave post-  
hac amplius ulla de re conquerare : quæ-  
cunque enim pateris, ut ut gravia, atque  
intolerabilia videantur, levia tamen sunt,  
teque miti, & benignâ manu Deus castigat,

Adversitas, præstantissimarum virtu-  
tum, ingentiumque bonorum, quam-  
plurimis

Quisquis in adversis perfecendis impatiens est, ærumnas suas adauget; eamque, quam portat crucem, melius redit onerisorem; sit insuper (si erat innocens) reus ac nocens, pœnamque promeretur, illâ, quâ nunc afficitur, longe graviorem.

Contrà verò, quisquis adversa patitur libens atque alacri animo, is patitur minus, & plus promefetur, modo patiatur, soli Deo placendi impulsus desiderio,

Miles, qui sæpenumerò profudit Sanguinem, non jam amplius conflictum reformidat.

## CAPVT. XVII.

*Inter adversa & peccandi occasiones perspicuum fit, quantâ unusquisque virtute polleat.*

**N**Vllius omnino virtus satis liquido perspici valet, quamdiù prospera utitur fortunâ, & procul ab omni peccandi occasione vitam ducit.

Magnus es vir, & talis audis; sed unde scio, aut quo pacto inducar, ut credam, si tibi sinistra fortuna non dat facultatem exhibendæ virtutis?

Miserum te judico, quod nunquam fuisti miser,